



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De quibus prouidentia. A

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

*Rm. 10. f.* b  
bertate fidei Catholicæ prævalente, postquam vñ  
verbi sicut debuit intellecta est, homousio illud  
catholicæ fidei sanitatem longè lateq; distensum est  
& diffusum. Quid enim est homousion, nisi vnius  
eiusdemque substantiæ? Quid est inquam homo-  
usion, nisi ego & pater vñ sumus? Non ergo inter  
prophanas vocum nouitates hoc vitandum est.  
*De nominibus quæ translatiue, & per similitudinem de*  
*Deo dicuntur.*

K

Præterea sciendum est, quod in assignatio-  
ne distinctionis nominū, inter alia quæ suprā di-  
ligenter executi sumus, quædam diximus transla-  
tiue & per similitudinem de Deo dici, ut speculū,  
splendor, character, figura, & huiusmodi: de quibus  
pius Lectori breuiter tradō quod sentio, ut scil. ra-  
tione similitudinis considerata ex causis dicendi,  
dictorum intelligētiā assumat, sed catholicam.  
*Nihil dignum excellentia ineffabilis Trinitatis se tradidif-*  
*se dicit, ad alia transfiguratur.*

L

De Sacramento vnitatis atque Trinitatis sum-  
mae & ineffabilis multitudo iam diximus. Nihil tamen  
eius ineffabilitate dignum tradidisse profitemur,  
sed potius ex nobis mirificatam eius scientiam,  
nec potuisse nos ad illam.

### DE QVIBVS DAM QVÆ SECUNDVM

*Substantiam de Deo dicuntur, quæ speciale efflagi-  
tant tractatum scilicet de scientia, & depræscien-  
tia, & prouidentia & dispositione,  
prædestinatione, voluntate  
& potentia.*

### DISTINCT. XXXV.

*C*umque supra differuerimus ac plura dixe-  
rimus de his quæ communiter secundum sub-  
stantiam de Deo dicuntur, eorum tamen quæ-  
dam speciale efflagitant tractatum: de quib' mo-  
do tractādū est, i.e. de sciētia, præsciētia, prouiden-  
tia,

Sciētia  
Dei in ge-  
nerali secun-  
dum se.

tiā; dispositionē, prædestinatione, voluntate, & potentia. Sciendum est ergo, quod sapientia vel Scientia Dei cum sit vna & simplex, tamen propter varios rerum status & diuersos effectus, plura ac diuersa sortitur nomina. Dicitur enim tantum scientia, sed etiam præscientia vel prouidentia: Et est Scientia siue Prouidentia nō de futuris tātum, sed de omnib. de bonis scil. & de malis. Dispositio vero, de faciendis. Prædestinatione, de omnib. saluandis, & omnib. bonis: quibus & hic liberantur, & in futuro coronabuntur: Prædestinavit enim Deus ab æterno homines, ad bona intelligendo & prædestinavit eis bona præparando. Quod homines prædestinavit, Apostolus ostendit dicens. Prædestinavit quos præsciuit fieri conformati imaginis filii sui. Et alibi, Elegit nos aene munus constitutionem, ut essent sancti & immaculati. Quod autem bona eis præparauerit. Prophetæ Esaias ostendit dicens. Oculus non vidit Deus adest, quæ præparasti diligenterbus vel expectantibus te. Ergo ab æterno prædestinavit quoddam futuros bonos & beatos, id est, elegit ut essent boni & beati: & bona eis prædestinavit, id est, præparauit. Prouidentia autem est gubernandorum: quæ utiq; eodem modo videtur accipi, quo dispositio. Interdum tamen prouidentia accipitur pro præscientia. Sapientia vero vel scientia de omnibus est, scilicet bonis & malis, & de præscientibus, præteritis & futuris: & non tantum de temporaliis, sed etiam de æternis. Non enim ita scit Deus ista temporalia, ut seipsum nesciat, sed ipse solus seipsum perfectè nouit: cuius scientia comparatione omnis & eaturæ scientia imperfecta est.

Vtrum scientia, vel præscientia, vel dispositio, vel prædestinatione potuerit esse in Deo si nulla fuissent futura. B

Hic considerari oportet, Vtrum sciētia vel præscientia, vel dispositio, vel prædestinatione potuerit es-

Roman. 8.

Ephes. 1. a

Esa. 64. b. §

1. Cor. 2. b.